

**TEXTUS**



## N. 1.

**Antonius F. Cirioli**  
**card. Ludovico Ludovisi<sup>1</sup>**

Varsaviae, 12 XI 1622.

*Nuntiat in aula regia nihil novi evenisse. Periculum esse, ne confoederatio militaris in Livonia oriatur. Fieri posse, ut ad eam confoederationem exercitus e Silesia in Lithuaniam rediens se adiungat. Regem impedire conari, ne id fiat. Cosaci quoque a Ferdinando II imperatore dimissi in Poloniam redeuntes damna afferre posse. Pestilentiam in Russia et Podolia saevientem Varsaviae appropinquare.*

**Or.:** BV, Barb. Lat. 6582, f. 1r (obvolucrum, in quo inscriptio cursualis et sigillum fuit, deest).

Ill.mo e Rev.mo Signore Patrone Col.mo

Passa[?] tuttavia questa Corte senza novità di momento, tutta via acciò V.ra Signoria Ill.ma sappia, che conforme che faceva il Signor Cardinale de Torres<sup>2</sup>, continuerò ancor io in avisarre V.ra Signoria Ill.ma di quanto occorrerà di rilievo, non voglio restare di scrivere il timore, che si hà, che li soldati di Livonia non tentino una nuova confederatione sotto pretesto di mancamento delle paghe, et che li altri confederati ritornati di Slesia, et ritratessi verso Lituania, penetrando il pensiero di questi di Livonia, non vadino ad unirsi con loro, sebene per le lettere spedite d'ordine di Sua Maestà in tutti li Palatinati, li governatori delli luoghi per quali passano<sup>3</sup>, procurano di dissolverli, et straparli affatto. Li Cosachi che servivano l'Imperatore hora tornano in Polonia<sup>4</sup>, et da essi ancora [...si?]<sup>a</sup> dubita di qualche danno.

<sup>b</sup>La Peste si va dilatando verso Russia e Podolia, et è arrivata ancora poche leghe lontano di quà<sup>b</sup>, si spera nondimeno che si preservera questa Città

---

<sup>1</sup> Ludovicus Ludovisi (1595–1632), nepos papae Gregorii XV, ab a. 1622 cardinalis et aepus Bononiae.

<sup>2</sup> Cosmus de Torres (1584–1642), aepus tit. Adrianopolitanus, nuntius apostolicus apud Polonos (1621–1622), inde a die 5 IX 1622 cardinalis, inde a die 9 IX 1622 usque ad diem 23 VIII 1623 conprotector, deinde usque ad Kalendas Maias 1642 protector Poloniae apud Sedem Apostolicam.

<sup>3</sup> Quae epistulae non sunt repertae.

<sup>4</sup> Cfr N. 115. Significationes de Cosacis in Silesia commorantibus inde a die 17 IX 1622 usque ad diem 31 XII publicavit Welykyj – cfr LNA IV 59-67.

illesa, come si è conservata altre volte in simili e maggiori pericoli; con che faccio à V.ra Signoria Ill.ma humilissima riverenza.

Di Varsavia, li 12 Novembre 1622.

Di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma

°Humilissimo et obligatissimo servitore  
Anton Francesco Cirioli<sup>c</sup>

<sup>a</sup> *Charta deest.*

<sup>b-b</sup> -Ed.: *Welykyj LNA IV 62-63.*

<sup>c-c</sup> *Autographum.*

## N. 2.

**Antonius F. Cirioli**  
**card. Ludovico Ludovisi**

Varsaviae, 19 XI 1622.

*Nuntiat card. Cosmum de Torres ab archiepiscopo Gnesnensi Lovicii hospitio acceptum esse et postea in Italiam tendentem fines Poloniae reliquisse. Reginam melius valere. Regem card. Cosmo de Torres rogante ignovisse duobus viris nobiles, qui noctu portam urbanam aggressi sunt. Proxima feria tertia ep. Paulum Wolucki Vladislaviae mortuum esse et sedem episcopalem Cuiaviensem petere viros hos: episcopum Plocensem, episcopum Posnaniensem, episcopum Luceoriensem, regentem cancellariae regiae et referendarium regni. Regem repugnare, quominus usque ad finem mensis Mai fiat pax, quam se inscio hetmanus Christophorus Radziwiłł proposuit. Verisimile videri regem alteri viro colloquia pacis commissurum esse. Cum proximis litteris ordinem proximorum comitiorum habendorum in linguam Latinam versum missum iri.*

**Or.:** BV, Barb. Lat. 6582, f. 2rv (obvolucrum, in quo inscriptio cursualis et sigillum fuit, deest).

Ill.mo e Rev.mo Signore Patrone Col.mo.

Seguita il Signor Cardinale de Torres il suo viaggio verso Italia, com'ho inteso dalle lettere del Secretario<sup>1</sup> di Sua Sig.ria Ill.ma di Lovicio<sup>2</sup>, Città di

<sup>1</sup> Bartholomaeus Ribboni, postea secretarius regius.

<sup>2</sup> Lovicia – Lowicz, oppidum ad flumen Bzura situm, inde a saec. XII ad archiepiscopatum Gnesnensem pertinebat.

Monsignor Arcivescovo di Gnesna<sup>3</sup>, ove è stato alloggiato, e trattato nobilimente[?] da quel Prelato, et tengo per fermo che à quest hora sia già fuori di questo Regno<sup>4</sup>.

La Ser.ma Regina<sup>5</sup> che era stata alquanto rissentita di febre, hora sta benissimo, et fu hier l'altro con Sua Maestà alla Villa di Gneporeze<sup>6</sup>.

<sup>a</sup>Domenica mattina duoi gentilhuomini, che li giorni passati sforzando di notte una porta de borghi di questa città, diedero due archibugiate al capitano de Cosachi della guardia del Re, basciorno pubblicamente le mani à sua Maestà per la gratia fattali à intercessione del Signor Cardinale de Torres<sup>a</sup>.

Martedì che fu alli 15 mori di letargo in Vuladislavia Monsignor Paolo Vuolski Vescovo di Cuiavia in età di circa 70 anni<sup>7</sup>, al cui Vescovato di rendita di circa 60 mila fiorini aspirano li Vescovo di Plosca<sup>8</sup>, Posnania<sup>9</sup> e Luceoria<sup>10</sup>, che è Gran Cancelliere del Regno, et al Vescovato che per la promozione d'uno di questi resterà vacante, si tiene sia per essere promosso o il Gran Secretario del Regno<sup>11</sup>, o il Gran Referendario della Corte del Regno<sup>12</sup>.

Sono ancora in Livonia li Comissarij per il trattato della pace li Suecesi<sup>13</sup>, ma si hà poca speranza che sia per seguire, anzi si [2v] crede, che non concludendosi la pace fra poco tempo, anderà ordine di quà a detti Comissarij, di fare dichiarazione, che sua Maestà non vuole osservare la tregua sin à Maggio, com' li [?] ha promesso il Generale Ragivile<sup>14</sup>, poichè egli lo fece da se senza

<sup>3</sup> Laurentius Gembicki (1559–1624), epus Culmensis et administrator dioecesis Pomesaniensis 1600, epus Vladislaviensis 1610, aepus metropolita Gnesnensis et primas Poloniae annis 1616–1624.

<sup>4</sup> Cfr BV, Barb. Lat. 6582, f. 2r et 3r. Cosmus de Torres antequam Poloniam reliquit, Cracoviae die 11 vel 19 XI 1622 est commoratus.

<sup>5</sup> Constantia Habsburg (1588–1631), filia Caroli, archiducis Austriaci, et Mariae Wittelsbach, filiae principis Bavarici, inde ab anno 1605 secunda uxor Sigismundi III, regis Poloniae.

<sup>6</sup> Nieporęt (Neporeta), vicus prope Varsaviam ad Długa flumen situs, inde ab aetate Sigismundi III residentia aestiva regum Polonorum, anno 1658 ab Ioanne III Iesuitis dono data.

<sup>7</sup> Paulus Wołucki (1560–1622), epus Camenecensis 1594, epus Luceoriensis 1607, epus Vladislaviensis annis 1616–1622. Obiit die 15 XI 1622.

<sup>8</sup> Henricus Firlej (1574–1626), epus Luceoriensis 1616, epus Plocensis 1617, aepus metropolita Gnesnensis et primas Poloniae 1624–1626.

<sup>9</sup> Andreas Opaliński (1575–1623), epus titularis Sycopolitanensis et coadiutor epi Posnaniensis 1606, epus Posnaniensis annis 1607–1623.

<sup>10</sup> Andreas Lipski (1572–1631), epus Luceoriensis 1617, a. 1620, post mortem Stephani Żółkiewski, cancellarius Regni nominatus, epus Cuiaviensis 1623, epus Cracoviensis 1630. Iam ante diem 9 V 1623 a rege dioecesim Vladislaviensem accepit. Eius processus informativos ante dioecesim Vladislaviensem occupatam continet appendix A.2.

<sup>11</sup> Stanislaus Łubieński (1573–1640), regens cancellariae Regni, deinde epus Luceoriensis 1624, vicecancellarius Regni 1625, epus Plocensis 1627.

<sup>12</sup> Hieronymus Cielecki (1563–1627), referendarius Regni 1613, cancellarius Constantiae reginae et Sigismundi III liberorum praeceptor, vicecancellarius Regni et epus Plocensis 1624.

<sup>13</sup> Cfr N. 25.

<sup>14</sup> Christophorus Radziwiłł (1585–1640), hetmanus campestris Magni Ducatus Lithuaniae 1615, palatinus Vilmensis 1633, hetmanus magnus Magni Ducatus Lithuaniae 1635.

alcun ordine Reggio, et che si deputarà un'altro, che eserciti questo carico sin tanto che detto Generale sia libero dal giuramento prestato all'inimico d'osservar la tregua sin à detto tempo.

Hò havuto una scrittura in polacho che contiene tutto quello che si deve trattare nella prossima dieta<sup>15</sup>, quale per non esser ancor tradotta in latino non posso mandarla se non col seguente ordinario e per fine faccio à V.ra Signoria Ill.ma humilissima riverenza.

Di Varsavia, li 19 Novembre 1622.

Di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma

<sup>b</sup>Humilissimo et obligatissimo servitore  
Anton Francesco Cirioli<sup>b</sup>

<sup>a-a</sup> -Ed.: *Welykyj LNA IV 63*.

<sup>b-b</sup> *Autographum*.

### N. 3.

#### **Gregorius XV, pontifex maximus, universis**

Romae, 22 XI 1622.

*Commendat Ioannem Baptistam Lancellotti, nuntium apostolicum ad regem Poloniae destinatum, iter in Poloniam facientem.*

**Reg.:** AV, Sec. Brev. 666, f. 79 r-v; in f. 79v sub textu alia manu: "Si Sanctissimo placet, potest expediri. Pro Il.mo meo Card. Ludovisio praefecto M[arcus] Antonius Card. Gozzadinus<sup>1</sup>".

Gregorius XV.us<sup>2</sup>

Universis et singulis praesentes litteras inspecturis, salutem. Cum venerabilem fratrem Ioannem Baptistam Episcopum Nolanum, ad charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum, Poloniae et Suetiae Regem Illustrem<sup>3</sup>, nostrum et apostolicae Sedis nuncium deputaverimus, nos cupientes, ut illi tutum iter ubique tam eundo quam redeundo pateat, charissimos et in Christo

<sup>15</sup> Quod documentum non est repertum.

<sup>1</sup> Marcus Antonius Gozzadinus (Gozzadini) († 1623), a. 1621 cardinalis curialis a Gregorio XV pontifice maximo nominatus; usque ad a. 1622 munere praefecti secretariatus brevium est functus.

<sup>2</sup> Gregorius XV (Alexander Ludovisi) (1554–1623), pontifex maximus annis 1621–1623.

<sup>3</sup> Sigismundus III Vasa (1566–1632), r. Poloniae ab a. 1587, r. Suetiae annis 1592–1599.

filios nostros Romanorum, et alios christianos Reges et Respublicas, nec non dilectos filios nobiles Ill.mos Principes, Marchiones, Comites, Barones, nec non exercituum et classium Generales, et alios Capitaneos, Colonellos et Ductores, ac milites arciumque et portuum castellanos et custodes et quoscunque alios Christifideles, etiam nobis non subditos, quo possumus affectu, paterne in Domino requirimus et hortamur; subditis vero nostris praecipimus et mandamus, ut eundem Ioannem Baptistam, Episcopum et Nuntium, tam eundo quam redeundo una cum familiaribus et sociis, sarcinis et rebus suis universis, tuto ac libere per sua quisque loca, ditiones et dominia, terra marique in cuiuscunque personae vel nationis navigio eum transfretare contigerit, ac sine alicuius vectigalis, datii vel gabelle solutione transire ac in eisdem commorari et conversari nostra causa libenter permittant ac illum honoribus et humanitatis officiis prosequantur, necnon securitatem [79v] in itinere, prout opus fuerit, concedant et praestent. In quo nobis non subditi rem gratissimam nobis fecerint nosque eis vicissim parem gratiam, ubi occasio tulerit, referemus, subditi vero nostri suam erga nos fidem et obedientiam declarabunt. Datum Romae apud S. Petrum, die 22 Novembris 1622, anno 2.

#### N. 4.

##### **Facultates generales a Gregorio XV, pontifice maximo, Ioanni B. Lancellotti datae**

Romae, 23 XI 1622.

*Concedit ei facultates generales (textus idem ac simili facultate Iulio Piazza concessa, v. ANP XL/I, N. 2, p. 4-12).*

**Reg.:** AV, Sec. Brev. 666, f. 69r-77r; in f. 78r adnotatio manu cardinalis M. A. Gozzadini (ut in N. 3) et alia manu: "J. Card. Sanctae Justinae".

#### N. 5.

##### **Gregorius XV, pontifex maximus, Ioanni B. Lancellotti**

Romae, 23 XI 1622.

*Concedit ei supplementarem facultatem sex protonotarios apostolicos, sub certis tamen condicionibus, creandi, eosque collegio notariorum apostolico-*

*rum aggregandi (textus idem ac in simili facultate Iulio Piazza concessa, v. ANP XLI/1, N. 7 – exceptis ultimis 2 sententiis, quae in brevi Lancellotteo desunt).*

**Reg.:** AV, Sec. Brev. 666, f. 67r-68v; in f. 67v adnotatio manu cardinalis M. A. Gozzadini (ut in N. 3) et alia manu: “J. Card. Sanctae Justinae” (ut in N. 4 et 6).

## N. 6.

**Gregorius XV, pontifex maximus,  
Ioanni B. Lancellotti**

Romae, 23 XI 1622.

*Impertit ei facultatem promovendi extra tempora et dispensandi super defectu natalium ad ordines et beneficia, non tamen ad dignitates maiores in cathedralibus, neque principales in collegiatis ecclesiis (textus idem ac in simili facultate Iulio Piazza concessa, v. ANP XLI/1, N. 6).*

**Reg.:** AV, Sec. Brev. 666, f. 149r-v i 150v; in f. 149v adnotatio (ut in N. 3) et “J. Card. Sanctae Justinae” (ut in N. 4 et N. 5).

## N. 7.

**Antonius F. Cirioli  
card. Ludovico Ludovisi**

Varsaviae, 26 XI 1622.

*Mittit instructionem a rege confectam eis, qui conventiculis aderunt. Qua instructione tractantur ea, quae in proximis comitiis disputabuntur, ac nuntii Wratislavia allati. E Livonia nuntiatum est Polonorum Suecorumque colloquia pacis inania fuisse. Suecos postulavisse supra, ut exercitus Poloni dimitterentur, cum Gustavus Adolphus Rigae cum copiis Sueticis esset. Rex viros nobiles iussit, ut confinia Polono-Germanica a Cosacis, qui ab imperatore dimissi redirent, tuta facerent.*

**Or.:** BV, Barb. Lat. 6582, f. 15r-16r (obvolucrum, in quo inscriptio cursualis et sigillum fuit, deest).



Ill.mo e Rev.mo Signore et Patrone Col.mo.

<sup>a</sup>Mando a V.ra Signoria Ill.ma l'istruzione data a nome di Sua Maestà a' quelli che à mandato ad assistere alle diete piccole<sup>-a1</sup>, nella quale si contengano li punti, che sua Maestà vuole che siano trattati nella dieta grande, nella qual materia se uscirano fuori altre scritte, procurerò d'haverle quanto più presto si potrà et l'inviarò subito à V.ra Signoria Ill.ma.

Mi è capitato questa settimana l'aggiunto foglietto d'avisi da Vratislavia<sup>2</sup>, quale ancorché creda che sia per arrivare doppo che V.ra Signoria Ill.ma avrà intero l'istesso per altre parti, tuttavia perché forse servirà per corroboratione della verità hò voluto mandarlo à V.ra Signoria Ill.ma.

Capitorno finalmente Mercordi lettere delli Comissarii di Livonia, da quali si è inteso l'abboccamento seguito tra essi e li Comissarii di Gustavo, senza però alcun frutto, poichè questi à nome di tutti li ordini del Regno di Suetia hano proposto alli nostri Comissarii la tregua perpetua, et di voler lasciare tutto quella che hano occupato in Livonia alli Polachi, con questo, che li ordini del Regno di Polonia lascijno possedere alli Suecesi quietamente la Suetia, et prometino di far consentire il Re di Polonia all'istesso, il qual partito come contrario affato [15v] alle buone ragioni che Sua Maestà hà sopra detto Regno, non è stato accettato da Comissarii Polachi, ma li hano fatto istanza che proponghino qualche giusto accordo, nel quale possi ancora la Maestà di Polonia concorrere per il suo interesse particolare, et li Comissarii del Sueco sono alhora ricorsi al punto di prima, cioè, che essi non trattarano pace di sorte alcuna nè col Re, ne con la Repubblica di Polonia, se prima non si dissolve l'esercito Polacho; onde ogni huomo facilmente argumenta, che essi dessiderino più tosto guerra che pace, perché nelle capitulationi della tregua fatta sino al primo di Maggio à effetto di trattar la pace, non è tal conditione, che si dissolva l'esercito Polacho, anzi il Generale Ragivile<sup>3</sup> e li Comissarii dicano espressamente che non si deve in modo alcuno dissolvere quest'esercito, sintanto che non è conclusa affatto la pace, per la difficoltà che seria à metterne insieme un altro, et per il bisogno che si tiene per fermo si havrà di esso à prima tempo; sapendossi che l'istesso Gustavo stà incognito in Righa<sup>4</sup>, et che hà diviso per li presidij di Righa et d'altri luoghi vicini buon numero di soldati, col quale, dissoluto che fosse il nostro esercito, potria tentare di sorprendere qualch'altra Città.[16r]

<sup>a</sup>Sua Maestà hà ordinato alla nobiltà delli confini del Regno verso Germania, che commandi alli Cosachi quali ritornano dal servitio dell'Imperatore<sup>5</sup>,

---

<sup>1</sup> Quod documentum non est repertum.

<sup>2</sup> Quae significationes non sunt repertae.

<sup>3</sup> Christophorus Radziwiłł – v. N. 2. ann. 14.

<sup>4</sup> Ryga (Riga) – Livoniae urbs princeps, quam inde ab anno 1623 Sueci tenebant.

<sup>5</sup> Quod significabatur iam in litteris die 16 VI 1623 datis. Cfr N. 116.

che se vogliono entrare nel Regno si dissolvano di sieme, e recusando dubidire che li taglino à pezzi, temendosi che non siano per far grandissimi danni per dove passerano conche faccio à V.ra Signoria Ill.ma humilissima riverenza. Di Varsavia, li 26 Novembre 1622<sup>a</sup>.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

<sup>b</sup>Humilissimo et obligatissimo servitore  
Anton Francesco Cirioli<sup>b</sup>

<sup>a-a</sup> -Ed.: *Welykyj LNA IV 64*.

<sup>b-b</sup> *Autographum*.

## N. 8.

**Card. Ludovicus Ludovisi**  
**Antonio F. Cirioli**

Romae, 26 XI 1622.

*Pontifice maximo iubente mandat, ut sorori Potentianae e monasterio S. Brigidae Leopoliensi potestates, quas illa rogavit, det.*

**Reg.:** BV, Barb. Lat. 6621, f. 72v.

Dalla inclinata copia di memoriale inviato qua dall Cardinale de Torres prima della sua partita da cotesta nuntiatura<sup>1</sup> V.ra Signoria vedrà quale servirà esposto e desiderato da Suor Potentiana di nation Massovita, monaca nel monastero unito di s. Brigitta di Leopoli<sup>2</sup> e perchè' N.ro Signore havendo udito el testimonio, che fa a Lei il vicaria generale di Leopoli, inclina a fargliene gia; Sua Santità ha ordinato che si scriva a V.ra Signoria che la dispensa conferme all'istanza, che fa nel medesimo memoriale dandolene in scritto della presente la facultà necessaria.

---

<sup>1</sup> Quod memoriale non est repertum.

<sup>2</sup> Persona nobis ignota.

## N. 9.

**Card. Ludovicus Ludovisi**  
**Antonio F. Cirioli**

Romae, 26 XI 1622.

*Pontifice maximo potestatem dante mandat auditori, ut vices novi nuntii Ioanni B. Lancellotti expleat, cum ille venire cunctetur.*

**Reg.:** BV, Barb. Lat. 6621, f. 71v.

Al medesimo.

Mentre che'l Cardinale de Torres era sul partir di costa ci ha accennato la necessità, che ci sarebbe della presenza del Nuntio alla Dieta<sup>1</sup>, che si deve tenere, ma perché potrebbe succedere per le ragioni avvisate, che Arcivescovo di Nola<sup>2</sup> non giungesse à tempo d'entrare in detta Dieta, ha risoluto N.ro Signore, che si mandino à V.ra Signoria li brevi necessari, accioche con quella speranza della diligenza, efficacia e zelo di lei, che ce n'ha data il Signor Cardinale, ella supplica in luogo di Sua Signoria Ill.ma in occasione tanto principale et importante, onde ne aspetteremo per argomento di ciò continui avvisi. Si manderanno i brevi quanto prima si potrà.

## N. 10.

**Card. Ludovicus Ludovisi**  
**Antonio F. Cirioli**

Romae, 26 XI 1622.

*Mandavit auditori, ut nuntio absente Ecclesiae commodis in comitiis diligenter inserviat.*

**Reg.:** BV, Barb. Lat. 6621, f. 72r.

---

<sup>1</sup> Quae comitia ordinaria habita sunt Varsaviae inde a die 24 I usque ad diem 5 III 1623, nuntius Lancellotti Varsaviam venit demum die 16 IV 1623. Cfr N. 25.

<sup>2</sup> Ioannes B. Lancellotti.

A 26 Novembre 1622. Varsovia. All Auditore.

Avvisandoci il Signor Cardinale de Torres, che la Dieta di cotesto Regno sia stata dal Rè intimata per li 24 di Gennaro prossimo<sup>1</sup>, ci è paruto ch' il tempo sia molto breve, e se N.ro Signore havesse creduto che dovesse seguir così presto et ch' il nuovo Nuntio<sup>2</sup> impedito da varii accidenti dovesse tardar à partir di quà più di quel che si pensava non havrebbe procurato il ritorno di Sua Signoria Ill.ma in Italia se non a Primavera, e massimamente per dar gusto à Sua Maestà che ha servizio, ha mostrato alcun' amorevol senso di ritenerlo al quanto più appresso di se, se ben quanto altro real trovi, sarà meglio che si trovi qui. E però tutto questo V.ra Signoria potrà dire a Sua Maestà, alla quale speriamo, che debba essere di sodisfatione, soggiungendo noi a lei medesima, che s' il nuovo Nuntio non giungerà à tempo alla Dieta, non manchi di rappresentar efficacemente alla Maestà Sua che la protezione ordinaria che tienà degli affari della Religione Cattolica e della giurisdizione ecclesiastica è stimata da noi la maggior sicurezza che ne comitii del Regno si possa opprar alla moltitudine mal disposta, congiunta massimamente alla pietà religiosa di que' Senatori che si confermano alla santa mente di Sua Maestà. Nel rimanente ci persuadiamo il detto Cardinale già non solo partito à questa volta, ma avanzatosi nel camino e ne staremo con gran desiderio attendendo felice novella, e molto più la persona di Sua Signoria Ill.ma.

## N. 11.

**Card. Ludovicus Ludovisi**  
**Antonio F. Cirioli**

Romae, 3 XII 1622.

*Nuntiat se cum litteris card. Cosmi de Torres die 22 X datis relationem accepisse, qua aepus Leopoliensis de archidioecesis statu narravit. Quae relatio Congregationi de Propaganda Fide est tradita. Mandat, ut relationis auctorem certiore faciat eum a pontifice maximo laudatum esse.*

**Reg.:** BV, Barb. Lat. 6621, f. 73r.

---

<sup>1</sup> Quae comitia haberi coepta sunt Varsaviae die 24 I 1623 – cfr N. 25.

<sup>2</sup> Ioannes B. Lancellotti.

A 3 Decembre 1622. Varsovia. All Auditore

Dal Signor Cardinale de Torres con sue lettere de'22 Ottobre ci è stata mandata la relatione<sup>1</sup>, che gli fù inviata prima che Sua Signoria Ill.ma partisse di costà per Italia da Monsignore Arcivescovo di Leopoli<sup>2</sup> dello stato di quella Metropolitana; la qual relatione essendosi gradita da N.ro Signore che n'ha laudata molto la pietà e la prudenza del medesimo Arcivescovo la Santità Sua ha commesso che si comunichi alla Congregatione de propaganda fide, come s'è fatto e com'è seguito dell'altre relationi simili, mandateci da Sua Signoria Ill.ma d'altri Signori Prelati di cotesto Regno. S'accusa però di questa di Leopoldi V.ra Signoria la ricevuta et havremo caro che ne faccia avvisato Monsignore Arcivescovo con testificarli il piacere c'ha sentito Sua Beatitudine del zelo, col qual'esercita il suo officio pastorale.

## N. 12.

**Gregorius XV, pontifex maximus,  
Sigismundo III, Poloniae regi**

Romae, 3 XII 1622.

*Pontifex maximus Antonium F. Ciriolum ad comitia Poloniae nuntium apostolicum missum regi commendat.*

**Reg.:** AV, Brev. An. III ep. 225.

**-Ed.:** Theiner VMP III, p. 368 n. 300.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri.

Gregorius PP. XV<sup>1</sup>. Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Corona perfecti decoris eorum Principum capiti foeliciter haeret, qui sibi genus humanum illustribus beneficiis obligare posunt. Neque enim tantum habent aut voluptatis aut gloriae invidiosa illa cognomenta, possessor provinciarum et

---

<sup>1</sup> V. *Relacje arcybiskupów lwowskich 1595–1794*, ed. T. Długosz, Lwów 1937, s. 54-77 (Relatio Provinciae Russiae et Archidioecesis Leopoliensis S. D. N. Domino Paulo V Pontifici Maximo a Rmo Ioanne Andreae Prochnicio Metropolitano Leopoliensi Anno Domini 1619 exhibita).

<sup>2</sup> Ioannes Andreas Próchnicki († 1633), epus Camenecensis 1607, aepus Leopoliensis 1614, abbas commendatarius Secechoviensis et protector Equitum Melitensium in Polonia.

<sup>1</sup> Gregorius XV, pontifex maximus, v. N. 3 ann. 2.

divitiarum Dominus, quantum ea, parens Reipublicae et communis foelicitatis author. Verum si id beatissimum est in Regno de mortalium incolumitate gloriari, quanto praestabilius erit coelites ipsos studiis pietatis demerere? Sane Regnum Coelorum, quo nomine Catholica Ecclesia censetur, tueri et propagare ii Principes dicuntur, qui sacerdotis iura et Religionis ditionem amplificant. In tanta gloriae possessionem iam pridem pervenisse Maiestatem tuam, plaudentis Europae vox et historiarum fides testatur. Quid autem in posterum acturus sis potentissimus Orthodoxae veritatis propugnator, haud difficulter Catholicorum vota vaticinantur: Tui enim se semper consimilem fore sperant. Nos autem publicam expectationem secuti, et perspecta religione freti Maiestatis tuae, omnia fausta ac foelicia in proximis Regnorum istorum Comitibus audemus Ecclesiastico Ordine polliceri: neque te regnante aut malignantium concilia, aut Sathanae insidias pertimescemus. Scimus quidem fremere gentes, et populos aliquos inania istic meditari, qui in illo Polonorum Principum conventu sacerdotes templi, et Christos Domini veteribus ornamentis atque haereditate sancta spoliare conabuntur. Sed domui Israel non deerit clypeus fortitudinis et turris David, dum Maiestas tua rerum potietur, ne hanc Romanae Ecclesiae Spem fallas, scimus a te operam datum iri diligentissime. Porro autem quam anxiiis curis pectus nostrum impleverit tanti negotii gravitas, uberius Maiestati tuae testabitur dilectus filius Antonius Franciscus Maria Ceriolus, qui tibi has litteras reddet, et mandato nostro Apostolicae authoritatis causam diebus illis Comitibus aget. Ei ergo, quem Nobis litterarum studia et rerum usus tantis negotiis parem probarunt, eamdem quam Nobis fidem habere poterit Maiestas tua, cui Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die III. Decembris MDCXXII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

### N. 13.

**Antonius F. Cirioli**  
**card. Ludovico Ludovisi**

Varsaviae, 3 XII 1622.

*Scribit tres epistulas die 22 X datas sibi allatas esse. Quibus in epistulis fuisse epistulam, qua certior factus est operam dari, ut novus nuntius maturius veniret.*

**Or.:** BV, Barb. Lat. 6582, f. 18r (obvolucrum, in quo inscriptio cursualis et sigillum fuit, deest).

Ill.mo et Rev.mo Signore Patrone Col.mo

Le lettere delli 29 d'Ottobre che dovevano venire questa settimana non sono comparse, mà solo ne hò ricevuto tre di V.ra Signoria Ill.ma delli 22, che sono quelle che dovevano venire la settimana passata, una è in risposta d'avvisi l'altra facultativa per una dispensa matrimoniale, e nella terza V.ra Signoria Ill.ma scrive che sollecitarà l'espeditone di Monsignor Vescovo di Nola<sup>1</sup>, acciò possi essere nel Regno per tutto Genaro. Questo hò fatto intendere subito à Sua Maestà, perché m'havea più volte dimandato Monsignor Piacessi suo segretario<sup>2</sup>, se Monsignor Nuntio serà quà per la dieta, il che è desiderato communemente da tutti; per il bisogno che ci è sempre, mà in particolare in quel tempo d'uno che habbia le solite facultà di legato à latere. Piaccia à Dio di darli felice viaggio acciò sia quà quanto prima, conche faccio à V.ra Signoria Ill.ma humilissima riverenza. Di Varsavia, li 3 Dicembre 1622.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

<sup>a</sup>Humilissimo et obligatissimo servitore  
Anton Francesco Cirioli<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> Autographum.

## N. 14.

**Antonius F. Cirioli**  
**card. Ludovico Ludovisi**

Varsaviae, 3 XII 1622.

*Nuntiat Christophorum Zbaraski, legatum Polonum, die 5 XI Constantinopolim pervenisse. Comitata die constituta, id est die 24 I, habitum iri, quamquam multi timent, ne ad viri illius munus vim habeant, et pestilentia in palatinatu Cracoviensi et Sandomiriensi conventicula impedit. Vulgo putari colloquia pacis, quae in Livonia habentur, inania futura esse. Nuntiat praeterea de regis valetudine, de rege de itinere Cosmi de Torres resciscente, deque pestilentia remittente.*

---

<sup>1</sup> Ioannes B. Lancellotti.

<sup>2</sup> Paulus Piasecki (1579–1649), secretarius regius circa 1611, abbas Clarae Tumbae 1624, epus Camenecensis 1627, epus Chelmensis 1640, epus Premisliensis 1644; auctor chronicorum Latine scriptorum ex a. 1645, quibus res gestae Sigismundi III et Vladislai IV, usque ad a. 1636 continentur.

**Or.:** BV, Barb. Lat. 6582, f. 19rv (obvolucrum, in quo inscriptio cur-sualis et sigillum fuit, deest).

Ill.mo et Rev.mo Signore et Patrone Col.mo.

Con lettere di Leopoli si è inteso esser giunto alli cinque di Novembre in Constantinopoli il Duca di Sbarasse<sup>1</sup>, e che procuri di spedire la sua imbasciaria quanto prima, per potere ritrovarsi quà per la dieta, quale perciò è opinione d'alcuni che cerchi far differere qualche tempo, proponendo che possi essere di qualche danno à quello che egli deve negoziare l'essere prima fatta, ò principiata la dieta mà essendosi già stabilito il giorno delli 24 di Genaro da cominciarsi detta dieta, non si differirà altrimente, ancorche habbia fatto l'istezza istanza la Nobiltà delli Palatinati di Cracovia, e di Sandomiria allegando che per causa della peste essi non possano fare le loro diete piccole alli 13 di Dicembre come dovriano, poichè à questi è stato risposto, che se per paura della peste non vogliono radunarsi in luogo murato, facciano le diete piccole in campagna, come hano fatto altre volte in casi simili altri Palatinati.

Di Livonia non si è inteso più dello scritto con le passate, mà si tiene per fermo da tutti, che sià per andar à monte affatto il trattato di Pace. [19v]

Sua Maestà non si è lasciato vedere in publico per quindici giorni, per un poco di purga, che hà fatto, per meglio preservar'quest'invernata, ma si crede che domani verrà in Chiesa conforme il suo solito.

Si hà speranza che la peste non solo sia per dilatarsi più e che perciò questa Città sià per conservarsi intatta, mà che ancora sià per cessare affatto, essendo da tre giorni in quà venuto grandissimo freddo.

<sup>a</sup>Aspetta di giorno in giorno Sua Maestà li Cosachi, che mandò per accompagnare il Signor Cardinale de Torres<sup>a</sup>, del quale esso e la Ser.ma Regina vogliono continuamente intendere tutto quello che io sò del'suo felice viaggio; conche faccio à V.ra Signoria Ill.ma humilissima riverenza. Di Varsavia, li 3 Decembre 1622.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

<sup>b</sup>Humilissimo et obligatissimo servitore  
Anton Francesco Cirioli<sup>b</sup>

<sup>a</sup>-<sup>a</sup> -Ed.: *Welykyj LNA IV 64*.

<sup>b</sup>-<sup>b</sup> *Autographum*.

---

<sup>1</sup> Christophorus Zbaraski († 1627), capitaneus Camenecensis et Solecensis, magister stabuli regni 1610; legatus magnus Rei Publicae apud Turcas post victoriam Chocinensem creatus et mense Septembri anni 1621 Constantinopolim missus est.



## N. 15.

**Gregorius XV, pontifex maximus,  
Sigismundo III, Poloniae regi**

Romae, 10 XII 1622.

*Pietatem eius et constantiam in fide catholica defendenda ac propaganda laudat, eique nuntium nuper nominatum, Ioannem Baptistam Lancellotti, epum Nolanum, commendat et petit, ut ei omnibus in rebus confidat.*

**Reg.:** AV, Arm. XLV, 20, f. 161r-v. Ibidem (f. 151v-160r) 16 epistulae, quibus Ioannes B. Lancellotti commendatus est familiae de Medici et familiae Gonzagarum, Carolo Habsburgo, epo Vratislaviensi, Ferdinando II imperatori et Francisco Dietrichstein, cardinali Olomucensi. In f. 160 nota: "Tempus Comitiorum in Polonia appropinquare dicebatur, cum Roma profectionem pararet Ioannes Baptista, Episcopus Nolanus Nuntius Apostolicus. Cum autem propter itineris longitudinem et hyemis inclementiam periculum esset, ne ipse in tempore illuc perveniret, ideo tres litterarum Apostolicarum fasciculi in Poloniam missi sunt. Necessae enim erat, aliquem omnino diebus illis comitialibus Sedis Apostolicae negotia curare: primum ergo conscripta sunt brevvia, quibus negotium id mandabatur Antonio Francisco Mariae Ciriolo, quem illic Cardinalis de Torres ex ea legatione descendens ob eam causam reliquerat ac tamen quia conducibilius erat ea negotia per Nuntium Apostolicum, quam per privatum hominem administrari, data etiam sunt totidem brevvia eodem exemplo Episcopo Nolano, nominibus tantum immutatis. Verum quia contingere poterat, ut Ciriolus iisdem brevibus uteretur, si forte Nuntii adventum viarum difficultates distulissent; ob id tertius litterarum fasciculus Nuntio datus est, quae solummodo de eius Legatione agerent. Elogiis vero ipsius Nuntii iisdem utuntur, quo priores illae comitialia negotia disserentes. Earum omnium exempla inferius conscribentur."

Gregorius papa Sigismundo III Poloniae Regi<sup>1</sup>.

[161v] Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Nulla veterum Imperatorum trophea eorum Principum gloriae auferenda sunt, quos Deus ipse videtur elegisse coelestis Regni defensores, et propagatores Catholicae Religionis. Illi

---

<sup>1</sup> Sigismundus III Vasa – vide N. 3 ann. 3.

enim non in Capitolium, sed in Coelum triumphos agunt, non caducis inanis gloriae frondibus, sed iis virtutum splendoribus coronati, qui tamquam stellae fulgebunt in perpetuas aeternitates. Eiusmodi gloriae non solum cupidam, sed etiam compotem esse Maiestatem tuam Christiana Respublica arbitratur. Tuus enim Principatus Religionis propugnaculum, et virtutum patrocinium esse in Septemtrione dicitur. Neque quicquam pietati tuae molestius accidit, quam in aliquas istorum Regnorum provincias aditum Regiae potestati patere, qui sacrosancte Beati Petri auctoritati occludatur. Quare beatam coelestis beatitudinis spem animae tuae compares, et Catholicae Ecclesiae studia tibi concilias, dum subditos illos e servitio Diaboli exemptos transcribi curas in obsequium filiorum Dei.

Sane quantum paternae sollicitudini nostrae solatium tua benefacta quotidie afferant, uberius declarabit Venerabilis frater Ioannes Baptista, Episcopus Nolanus, Praelatus noster domesticus et Assistens, [161r]<sup>a</sup> quem ad maiestatem tuam nostrum, et Apostolice Sedis nuntium ordinarium mittimus. Iisdem artibus, quibus pontificiam voluntatem sibi conciliavit, regalem facile benevolentiam consequetur. Nam familia progenitus, quae duos nuper cardinales Romanae Ecclesiae eduxit<sup>2</sup>, ingenio praestat, et rerum usu excultus eos semper verae dignitatis titulos concupivit, quos praesules scientiam salutis edocti a divini cultus incremento, et catholicae fidei propagatione petere solent. Ei ergo, qui nobis gratissimus est, et faciles aditus patere ad maiestatem tuam cumulatamque fidem haberi cupimus. Tibi vero ille et apostolicam benedictionem deferret, et paternam charitatem nostram luculentissime testabitur. Datum Romae apud S. Petrum, die X Decembris 1622<sup>a</sup>.

<sup>a-a</sup> *Sequitur ut supra n. 2, i. e. reliqua pars documenti eadem ac in secundo exemplari, ex quo editur.*

## N. 16.

**Gregorius XV, pontifex maximus,  
Constantiae, reginae Poloniae<sup>1</sup>**

Romae, 10 XII 1622.

*Ioannem Baptistam Lancellotti, epum Nolanum, nuntium apud Polonos nuper nominatum, a quo benedictionem apostolicam accipiet, ei commendat.*

**Reg.:** AV, Arm. XLV, 20, f. 162r-163r.

<sup>2</sup> Anno 1583 dignitate cardinalis ornatus est Scipionus Lancellotti († 1598), Ioannis Baptistae avunculus, anno 1611 Horatius Lancellotti († 1620).

<sup>1</sup> Constantia Habsburg, v. N. 2. ann. 5.

## N. 17.

**Gregorius XV, pontifex maximus,  
Vladislao Waza, principi Poloniae**

Romae, 10 XII 1622.

*Ioannem Baptistam Lancellotti epum Nolanum, novum nuntium in Poloniam mittendum ei commendat.***Reg.:** AV, Arm. XLV, 20, f. 163v-164r.Gregorius papa XV, Ladislao Sigismundo Poloniae, et Sueciae Principi<sup>1</sup>.

[164r] Dilectissime in Christo fili noster salutem etc. Prodent se praeclara ingenia studiorum nobilitate et rerum gestarum gloria. Neque enim divinae clementiae beneficiis abutuntur ad superbiam, ac si quando deducente Dominantium Domino ad Imperium pervenerint, se in ea statione locari existimant, non ut quasi extra teli iactum positi otio torpescant et voluptatibus diffluent, sed ut nobiles laboribus gloriam quaerant et populorum saluti inserviant. Ea te mente esse Romana Ecclesia existimat ac victoriae, quas de Christiani nominis hostibus reportasti, abundae declarant. Quo fit, ut Sarmatiae<sup>2</sup> spes et Catholicae Ecclesiae sydus in Septemtrione existimeris. Proinde Regie tuae Juventutis laudibus faventes, cupimus illustria semper beneficia tibi deberi a Romana Ecclesia, quae nomen tuum aeternis laudibus colet, si te suae libertatis vindicem defensoremque Pontificiae autoritatis nuncupare poterit.

Omnino quam cupidi simus te in tantae gloriae possessione versari, testatur tibi Venerabilis Frater Ioannes Baptista Episcopus Nolanus [163v]<sup>a</sup> Prelatus noster domesticus et Assistens, qui in Poloniam proficiscitur cum satis amplo ingenii, pietatis ac prudentiae comite, Pontificii Nuntii munus obiturus. Speramus plane huius Praesulis virtute multa Reipublicae Christianae commoda, non pauca Regiae domui tuae solatia allatum iri. Cupimus autem illum, quem Nobis merita commendarunt, in istis regionibus florere benevolentia tanti Principis, cuius foelicitas Ecclesiae decus, et Religionis praesidium habetur. Ab eo apostolicam benedictionem, et [164r] benevolentiae nostrae testimonium accipies, cui perinde ac Nobis ipsis credere poteris. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die [10]<sup>b</sup> Decembris MDCXXII. Pontificatus nostri anno secundo<sup>a</sup>.

---

<sup>1</sup> Vladislaus Sigismundus Vasa (1595–1648), Sigismundi III et Annae de domo Habsburg filius, r. Poloniae ab a. 1632 (Vladislaus IV).

<sup>2</sup> Sermo est de Re Publica Utriusque Nationis.

<sup>a-a</sup> *Sequitur in exemplari tertio: ut supra n. 2, i. e. reliqua pars documenti eadem ac in secundo exemplari, ex quo editur.*

<sup>b</sup> *In textu e secundo exemplari sumpto datum "III Decembris" correctum ex tertio exemplari.*

## N. 18.

**Gregorius XV, pontifex maximus,  
Laurentio Gembicki, archiepiscopo Gnesnensi**

Romae, 10 XII 1622.

*Laurentium Gembicki, aepum Gnesnensem et primatem Regni Poloniae, Ioannem Baptistam Lancellotti, epum Nolanum, nuntium nuper nominatum, ei commendat.*

**Reg.:** AV, Arm. XLV, 20, f. 165r-165v.

Gregorius Papa XV Archiepiscopo Gnesnensi<sup>1</sup>.

[165v] Venerabilis frater, salutem etc. In medio laqueorum ingrediuntur et super dolentium arma ii Praesules ambulare videntur, qui pro earum regionum salute excubant, ubi haeretica monstra impune stabulantur et discordiarum pater sacrilegis impietati arces extruere potest. Dominus tamen adiutor presto est, manumque suam supponit ne collidantur ii, qui divinae legis semitas percurrunt. Id testari posse scimus in Septemtrione fraternitatem tuam, quam nullae impiorum minae aut insidiae de constanti tuendae Religionis sententia deiicere unquam potuisse accepimus. Neque tibi a Deo praemia, neque ab hominibus laudes deerunt. Virtutes autem, quibus fraternitatem tuam Rex gloriae decoravit, Coelo gratas et Poloniae salutare efficere certius non potes, quam eas, ut facis, Ecclesiastici ordinis dignitati et Catholicae plebis saluti addicens.

Id autem quanto Nobis solatio sit, testabitur Venerabilis Frater Ioannes Baptista Episcopus Nolanus, Praelatus noster domesticus et Assistens, [165r] <sup>a-</sup>quem istuc allegamus Apostolici Nuntii munere perfuncturum. Opus Dei ille facturus est profecto non negligenter, tum nudam voluntatem non affert ad Religionis causam tuendam, sed iis artibus instructam, quibus Dei gratia et hominum studia conciliantur, scilicet singulari ingenii acumine, diuturno rerum usu et insigni pietatis studio, quae omnia illi paternam nostram voluntatem mirifice obstrinxerunt. Cum eo igitur sociare poteris consilia, opesque coniungere, ut in Domo Domini ambuletis cum consensu, et concordiae ac pietatis

---

<sup>1</sup> Laurentius Gembicki, v. N. 2 ann. 3.

exempla nobile Praesulum par, Poloniae Primas et Sedes Apostolicae Nuntius, istis nationibus praebeatis. Ab eo Apostolicam benedictionem accipiet, eique perinde ac Nobis ipsis credere poterit fraternitas tua. Datum Romae apud Sanctum Petrum, die X Decembris MDCXXII, Pontificatus nostri anno secundo<sup>a</sup>.

<sup>a-a</sup> *Sequitur ut supra n. 2, i. e. secundum alterum exemplar.*

## N. 19.

**Gregorius XV, pontifex maximus,  
Martino Szyszkowski, episcopo Cracoviensi**

Romae, 10 XII 1622.

*Martinum Szyszkowski, epum Cracoviensem, Ioannem Baptistam Lancellotti, epum Nolanum, nuntium nuper nominatum, ei commendat.*

**Reg.:** AV, Arm. XLV, 20, f. 176v-177r. Praeter epistulas commendaticias, quae viris quinque certis scriptae sunt (N. 15-18), Lancellotti in Polonia 37 epistulas credentiales habuit (versio tertia) “in blanco”, quae episcopis et viris nobilibus destinatae sunt: “Episcopo Poloniae in albis”; “Duobus Episcopis”; “Episcopo Poloniae in albis”; “Venerabili Fratri Episcopo Poloniae”; “Tribus nobilibus viris Poloniae”; “Duobus nobilibus Poloniae”; “Nobili viro Poloniae”; formularia ibid. f. 165r-175v i 177r-194v.

Gregorius Papa XV, Episcopo Cracoviensi<sup>1</sup>, et Episcopo N.<sup>2</sup>.

Venerabilis frater, salutem etc. Non eget humanis auxiliis exercituum Deus et Terrarum Dominus ad sui nominis dignitatem tuendam, tamen cum dives sit in misericordia [Ef. 2, 4], ea se hominibus beneficia debere fatetur, quae in eius servos, pietate suadente, conferuntur. Quod enim uni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis, aeterni Regis oraculum ait [Mt. 25, 40]. Hinc facultatem egregiam nanciscuntur pastores animarum ipsum Deum demerendi iis officiis, quibus Apostolicam auctoritatem propugnant et Dominici gregis incolumitati

---

<sup>1</sup> Martinus Szyszkowski (1554–1630), epus Luceoriensis 1604, epus Plocensis 1607, epus Cracoviensis 1616.

<sup>2</sup> Verisimile videtur Ioanni Lancellotti similia brevia aliis etiam episcopis, quos honore dignos putaverit, danda fuisse.

inserviunt. Hanc arripere diligenter accepimus fraternitatem tuam, cui plane clariorem foelicitatem optare non possumus, quam ut divini cultus propagatione et istorum populorum salute Poloniam laetifices et Coelum ipsum tibi [177r] obliges. Ad hoc consequendum te pro paterna nostra charitate hortamur, nisi te ad id sponte inflammatum esse censeremus. Tamen tanto tibi in negotio comitem ducemque adiungere voluimus Venerabilem fratrem Ioan-nem Baptistam Episcopum Nolanum, Praelatum nostrum domesticum et Assistentem, quem Nuntium <sup>a</sup>[176v] Apostolicum in Poloniam mittimus. Vir-tutum similitudo facile inter vos amicitiam conflabit. Ille enim ingenium disciplinis excoluit, prudentiam pietate instruxit, iisque artibus floret, quibus haud difficulter et publicam Regnorum istorum incolumitatem curare et Eccle-siastici ordinis dignitati consulere potest. Ab eo Apostolicam benedictionem et benevolentiae nostrae testimonium fraternitas tua accipiet, eiusque verbis perinde ac nostris fidem habebit. Datum Romae apud Sanctum Petrum, die X Decembris MDCXXII, Pontificatus nostri anno secundo<sup>a</sup>.

<sup>a-a</sup> *Sequitur ut supra n. 2, i. e. secundum alteram redactionem.*

## N. 20.

**Card. Ludovicus Ludovisi**  
**Ioanni B. Lancellotti**

[Romae, 10 XII 1622].

*Iussu pontificis maximi mandat ei, ut dispensationem Andreae Szyszkowski, epi Cracoviensis propinquo, impertiat, ex qua praeposituram Ilsensem et scholasteriam Cracoviensem obtinere possit, ea condicione, ne – secundum privilegium illi a papa Paulo V concessum – plus quam quinque beneficia habeat.*

**Reg.:** BV, Barb. Lat. 6621, f. 73v.

Al Nuntio<sup>1</sup>.

Mi ha ordinato N.ro Signore di significar a V.ra Signoria, che la Sua San-tità si contenta che, ottenendo Andrea Szyskowski<sup>2</sup>, nipote di Mons. Vescovo

<sup>1</sup> Datum huius epistulae invenitur in summario (registro) litterarum Antonii F. Cirioli.

<sup>2</sup> Andreas Szyszkowski, fratris M. Szyszkowski, epi Cracoviensis, filius, archidiaconus et scholasticus Cracoviensis et Zavichostiensis, decanus Sandomiriensis, cantor Plocensis, praepositus Ilsensis (Hża), a. 1624 secretarius et orator reg. apud Urbanum VIII pontificem maximum.

di Cracovia<sup>3</sup>, da cui ne vien supplicato, la Custodia della Chiesa di Cracovia, il Decanato di Vindemiria<sup>4</sup>, l'Archid[i]aconato di Zavikosta<sup>5</sup> et un Canonicato o prebenda di Ploska<sup>6</sup>, e di più, essendo coadiutore della Scholasteria di Cracovia et essendo stato dispensato da Papa Paolo V<sup>7</sup>, santa memoria, di poterli ritenere in vita sua; etiandio dapoiché per morte del Coadiuto era divenuto Scholastico, si contenta da Sua Beatitudine, che essendo stato provisto della Prepositura di Ilza<sup>8</sup>, possa ritenerla insieme con li sopradetti in vita sua; con conditione però, che seguendo il caso della morte del sopradetto Coadiuto, sia tenuto a lasciar uno de' sopradetti benefici, e non possa ritenerne in vita sua se non cinque, nella maniera che da Papa Paolo gli fù concesso. V.ra Signoria dunque, in virtù della presente, potrà dispensarlo, che la Sua Santità le ne da facultà, e ciò per li meriti della persona di detto Andrea, ch'è della principal nobiltà di Polonia, e per l'intercessione e meriti di Mons. Vescovo, Suo Zio, a cui N.ro Signore inclina volentieri di far [ser]vigio<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> *Verbum ex parte atramento maculatum.*

## N. 21.

**Card. Ludovicus Ludovisi**  
**Ioanni B. Lancellotti**

[Romae], 10 XII 1622.

*Praecipit ei, ut se de memoriali aepi Gnesnensis accurate edoceat et scribat, quid ipse de eo sentiat, necnon, ut dispensationem Iacobo Montelupi, puero octo annorum nato, Cracoviensi, beneficia ecclesiastica et tonsuram appetenti, concedat.*

**Reg.:** BV, Barb. Lat. 6621, f. 74r.

---

<sup>3</sup> Martinus Szyszkowski, cfr N. 19 ann. 9.

<sup>4</sup> Sandomierz (Lat. Sandomiria).

<sup>5</sup> Zawichost (Lat. Zavichostia).

<sup>6</sup> Płock (Lat. Plocium).

<sup>7</sup> Paulus V (Camillus Borghese) (1552–1621), pontifex maximus annis 1605–1621. Documentum ad dispensationem Pauli V pertinens desideratur.

<sup>8</sup> Ilza (Lat. Ilsa).

À 10 Dicembre 1622. Varsovia. A Monsignore Nuntio Lancellotto.

Mons. l'Arcivescovo di Gnesna<sup>1</sup> ha fatto porgere a N.ro Signore un memoriale, del quale si manda copia qui aggiunta a V.ra Signoria, dove ella vedrà qualche egli desidera<sup>2</sup>; e sebene la Sua Santità è inclinata a compiacere a quel Prelato, ch'è tanto meritevole e principale, nondimeno, trattandosi di cose che molto rilevano, vuole che V.ra Signoria s'informi bene de'particolari, rappresentati in detto memoriale e cene dia una piena relatione, aggiungendovi etiandio il suo parere, affinché la Sua Santità possa poi risolvere qualche giudicherà convenevole.

Per parte di Giacomo Montelupi<sup>3</sup> di Cracovia, fanciullo d'età d'anni 8 incirca, è stato supplicato a N.ro Signore, che voglia dispensarlo a poter conseguire, e tener beneficii ecclesiastici, non ostante il difetto dell'età, et ad essere ordinato a gli ordini minori. Et inclinando la Sua Santità a fargli gratia, si contenta di concedere a V.ra Signoria facultà, in virtù della presente, di dispensarlo a' benefici semplici et alla prima tonsura <sup>a</sup>se ne havrà il bisogno<sup>a</sup>. Potrà dunque ella compiacerlo.

<sup>a</sup> *Textus suprascriptus.*

## N. 22.

**Antonius F. Cirioli**  
**card. Ludovico Ludovisi**

Varsaviae, 10 XII 1622.

*Nuntiat de eis, quae ad dispensationem matrimonialem nupturientibus e dioecesi Gnesnensi dandam pertinent, qua de re iam in epistula die 19 XI data scripsit.*

**Or.:** BV, Barb. Lat. 6582, f. 20r (obvolucrum, in quo inscriptio cursualis et sigillum fuit, deest).

---

<sup>1</sup> Laurentius Gembicki, v. N. 2 ann. 3.

<sup>2</sup> Exemplum supradicti memorialis non est repertum.

<sup>3</sup> Iacobus Montelupi (Tamburini) (\* 1614), filius Dominici († 1623), argentarii et praefecti rei tabellariae regiae.



Ill.mo et Rev.mo Signore et Patrone Col.mo

